



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XIII. Ab Hebraea, quae utero laborabat, uocata misericordiae mater, ei opem fert.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

fuerat, euenit. In febrim. n. puer incidens, tertio die ad Christum elatus est.

MIRAC. VIRG. XIII

Ab Hebraea, quae utero laborabat, uocata misericordiae mater, ei opem fert.

Hebraea mulier pariendi difficultate in summas angustias coniecta, è uitae spe omnino deciderat; cuius ad finem se planè reuocari sentiebat. Iam de illius salute obstetrices ac medici omnes desperabant. Neq. uerò dolores intermittebant; sed in maximis aerumnis constituta lucem conspexit, uoxq. ex ipsa luce proficiscens audita est, quae dicebat ò mulier, Mariae nomen inuoca, & seruaberis: Dei matrem implora, & ea opportunè adueniēs, tibi opitulabitur. Interim alma lux illa discessit; cuius fulgētissimi radij in Iudaeae cor penetrarūt; quae statim pulcherrimum filium absq. ullo dolore peperit. Quae ibi aderant Hebraeae mulieres audito sacratissimo Virginis nomine, quod tantopere oderūt: animo ualde perturbatae, ira in puerperam acriter exardebant. Ni autem eo tempore Dei infinita clementia miseram respexisset; illarum impetus non potuisset effugere.



MI